posuerit ad sculteciam prefatam in villa Kreczkowa et sortes eorundem
dictorum bannitorum condescendat si eos provenerit comprehendere
et ad castrum premisliensem adducat et de eisdem sortibus ipsum bannitorum
eosdem manu forti armata potenter eiciat et ipsi Martino
in realem et actualem possessionem tradat vigore decretorum
prefatorum et iuris ipsius super eadem sculteciam habitorum et alia
omnia que ius commune docet et instruit faciat. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum capitulo presentibus est subimpressum. Actum
et datum in castro premisliensi sabbato post dominicam quadrage-
simae Judica proxime anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo
sexto

Intro data per Glowa Krassiczky

Ministerialis terrestris premisliensis providus Mathias przi lap-
ka de premissa unacum nobilibus Nicolao Lychowski et Stani-
slao Wolski secum comparens coram officio et actis prudentibus ca-
streum premisliensem stans personaliter in unum relationis sue recogno-
vit quia feria secunda post festum sancti Valentini proxime
preterita anno presenti quondam Georgius Glowa Judex castrensis
premisliensis dedit et admisit libere realem introitum et actua-
lem pacificamque possessionem in bona tenute sue vigore medietatis
tenere ville Krassiczki quondam Martino Krassiczki vigore in-
scriptionis originalis castrensis premisliensis obligatoriae per quondam
olim Laurentium Nowomyeszki prefato Georgio Glowa factae
et per eundem Georgium Glowa in predictum Martinum Krassiczky
vigore inscriptionis transfusorialis seu condescensorialis ca-
strensis premisliensis in summa quadringentorum florenorum pecunie trans-
fuse et facte alias prout ipse inscriptiones lacius in se obloquun-
tur quam introitum ipse Georgius Glowa libere et benivole ad-
misit obedientiam quaestionibus demandata quam in instanti
prestiterunt que sic et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et predi-
cti nobiles hiemdem personaliter stantes eius relationem recognitione
sua personali attestati sunt

Relatio nobilis ex parte Blazowski contra alios Blazowskie

Ministerialis terrestris premisliensis providus Kalyn de Zaplie
unacum nobili Joanne Blazowski secum comparens coram officio
et actis prudentibus castrensis premisliensis stans personaliter in unum re-
lationis sue recognovit quia eidem nobili dictoque nobili est obductum
et prestatum feria tertia proxime preterita anno presenti ex parte nobi-
lis Sigismundi Blazowski in et contra nobiles Balthasarum et Petrum
Blazowskie fratres germanos quia ipsi non attentis iuribus et sta-
tutis regni spretis libertatibus ac pace communi et tranquillitate
publica quibus ceteri regnicole gaudent his omnibus postpositis
ipsum Sigismundum Blazowski pace communi et tranquillitate publica
assecuratum in domo et curia eius solite residentie in villa sortis

ipsius ville Blazowa manu forti et armata uti hostes patriae vi et violenter
invasissent et ibidem in eadem domo et curia ville Blazowa dissecaverunt fores ad
stabulum et cameram seraculumque destruxerunt his non contenti laboriosos
Jaczko Uhryn et illos premissos cum filio in vinculis detentos subditos ipsius
violenter in curia ipsius receperunt ac demum providum Klymko factorem ipsius
vulneribus affecerunt quae propter enormitatem vulnerum eadem vulnera non
potuit coram officio prudenti manifestari ac deinde in domo eiusdem Jaczko
Uhryn receperunt pecora cornuta viginti que ita et non aliter fieri
ipse nobilis recognovit et nobilis prefatus relationem ipsius nobilis actus est

Pelka quietat de 3400 fl. castellanum Cracovien.

Actum in castro premisliensi feria secunda post dominicam quadrage-
simae palmarum proxima anno domini 1566 sexto 8/IV.
Comparens personaliter coram officio et actis prudentibus castrensis capitula-
bus premisliensis quondam Andreas Pelka filius quondam olim Andreae
Pelka Judicis terre Halicien. recedens a districtu przeworscensi et
huic iuri et officio castrensi premisliensi se unacum bonis ac successoribus
suis omnibus incorporavit et subiecit sanus mente et corpore exeunte
publice palam et per expressum recognovit quia a magnifico Spytko-
ne Jordan de Zaliczyn et in Welschin herede castellano Crac.
premisliensi cannonarienque etc. capitulo recepit numeravit et effectua-
liter levavit summam trium millium et quadringentorum florenorum pecunie
communis bonae monetae et numeri polonicalis in regno currentis quemlibet
florenorum per triginta grossos computatum et hoc ad rationem summae
quatuor millium florenorum pecunie per eundem magnificum Spytkonem Jor-
dan castellanum Cracovien. in et super bonis suis hereditariis
vigore medietatis seu parte ville Noczkowa in qua parte consistit eccle-
sia in eadem villa Noczkowa necnon reliqua medietate seu parte ville
Noczkowa in qua consistit advocatia in terra premisliensi et districtu
przeworscensi sitis primum in actis castrensibus deinde per transportationem
in actis terrestribus premisliensibus bina inscriptione per medium villae
Noczkowa modo obligatorio inscripta alias prout ipse inscriptiones la-
cius in se continent et obloquuntur de qua quidem summa trium millium
et quadringentorum florenorum pecunie modo premisso ab eodem prefato magnifico
castellano Cracovien. recepta numerata et levata data et persolu-
ta totaliter et plenarie eundem magnificum castellanum Crac. et eius
successores quietat et liberum facit perpetue ac inscriptiones prefatas
quantum ad summae prefatae acceptae et totaliter persolutae vigore trium mil-
lium et quadringentorum florenorum pecunie in bonis prefatis servientes cassat
et mortificat sibique et suis posteris pro premissis omnibus perpe-
tuum faciens et imponens silentium. Nihilominus tamen inscriptio-
nes capitales super residuitatem summae reste vigore sexingen-
torum florenorum pecunie tam in actis castrensibus quam etiam per trans-
portationem in actis terrestribus premisliensibus super prefatis bonis fa-
ctas et recognitas lacius desuper cavendum in omnibus eiusdem inscri-
ptionibus conditionibus clausulis et articulis predictus Andreas
Pelka in omni robore et vigore resignat super quod ille positum est officio